A. D. B. V.

ARHIVELE NAŢIONALE

SERVICIUL

DIRECŢIA SIBIU

Fond CAPITLUL SEICA

Pachetul 3

Nr. actului 3

Anul 1656-1866 luna ziua

Cuprinsul: Acte de [illegible]

Observaţiuni: Conţine 61 [illegible]

[illegible] 2005

Cd. 011 — 2004 — 1 - a 006

A. D. B. V.!

Anno 1806. den 8ten December ... Simon Benjamin Schobel ...

FONDUL Capitlul Leica

DOSARUL 3/pach. 3

FOAIE DE FOLOSIRE

Nr. crt.	NUMELE CERCETATORULUI	DATA			Natura lucrării	OBSERVAȚII
		Anul	Luna	Ziua		
1	Marius Mărginean	2002	sept	10	cercetare	
2,	Dana V. Grecu	2014	06	12	cercetare + foto	
3	Bandi Andrei	2016	02	15	— / —	

Cd. 276 — 2001 — I-a 019

A. D. B. V.!

Anno 1806. den 8ten December ... Simon Benjamin Schobel ...

In nomine Sacro-Sanctae et Individuae Trinitatis. ...

... non levis est Cantilena illa vatis Regii; ... Quemadmodum enim ... Umbra; ...

I2

Capitlul Seica

Acte de partaj.

lasămintele ale unor preoți.

anii 1656-1885

m 3, pachetul 3

In nomine Sacro-Sanctae et Individuae Trinitatis. etc.

Brevis de re brevi, sed non levis est Cantilena illa vatis Regii;
Dies Hominis sicut Umbra praetereunt. Quemadmodum enim
solidam quidem et expressam Corporis effigiem referre videtur Umbra;
sed reipsa vel nihil est, vel aliquid nihilo proximum: ita quam nos
dicimus Vitam, Simulachrum vitae est, Umbra est, nihil est. Rem
ipsam verbis dilatare nihil attinet; Quandoquidem quotidie oculis
videmus, qualiter de multis hominibus, vel corporis ipsius, egregie formati
splendor, vel ineuntis aetatis vigor non paucorum annorum spem excitet, qua
tamen opinione celerius interit. Quod ipsum cum et ego Georgius
Kürschnerus Pastor Ecclae Kisselken paulo altiori considerationis
lance mecum pensitarem, adeoque simile me in omnes horas, immo omnia
momenta fatum manere comperirem; utique dum adhuc mens sana esset et
integra in corpore sano, domui meae disponendum, et de voluntate mea
ultima testandum duxi. Ideo ante omnia gratias ago Deo Clementissimo,
pro immensa bonitate et misericordia, qua me ad imaginem suam con-
didit, et tandem lapsum per Christum Jesum rursus gratiose re-
stauravit. In ejusdem etiam manus Spiritum meum nunc et in perpetuum
commendo, Corpore communi Matri, terrae nempe, relicto. Quod ad Bona
mea exigua, divina benedictione mihi concessa attinet, ex iis lego more
hactenus recepto, Serenissimo ac Celsissimo Principi, Dno Dno meo sem-
per gratiosissimo, pro paterna sua cum pro Comuni Patria, tum etiam
pro me meisque charissimis cura, florenos septem. Reliquam partem
eorundem bonulorum, relinquo Conjugi meae, Filioque dilectissimo, equa
sorte distribuendam. Hisque per Rndos Viros; Stephanum Lintzium
Pastorem Wormlorden. & Johannem Alesium Pastorem Eybesdorffens.
Quibus harum rerum curam comendo, et ut meorum charissimorum patroci-
nium suscipiant, contraque omnes malevolos et impetitores eos defendant,
oro. Ad extremum ut Testamentaria haec mea Dispositio, in omnibus
sui partibus et punctis maneat rata et firma, curavi eandem Sigillo
publico Capituli obsignari, et ut a Serenissimo ac Celsissimo Princi-
pe gratiose confirmetur, quanta possum demissione et subjectione
contendo.

Actum in Kisselk Anno
1656. Die 12. Februar.

In nomine Sacro-Sanctæ et Individuæ Trinitatis. 2c.

Brevis de re brevi, sed non levis est Cantilena illa vatis Regii;
Dies Hominis sicut Umbra prætereunt. Quemadmodum enim
solidam quidem et expressam Corporis effigiem referre videtur Umbra;
sed reipsa vel nihil est, vel aliquid nihilo proximū: ita quam nos
dicimus Vitam, Simulachrum vitæ est, Umbra est, nihil est. Rem
ipsam verbis dilatare nihil attinet; Quandoquidem quotidie oculis
videmus, qualiter de multis hominibus, vel corporis ipsius, egregie formati
splendor, vel ineuntis ætatis vigor non paucorū annorum spem excitet, quæ
tamen opinione celerius interit. Quod ipsum cum et ego Georgius
Kürschnerus Pastor Ecclæ Kisselken paulò altiori considerationis
lance mecum pensitarem, adeoq simile me in omnes horas, immò omnia
momenta fatum manere comperirem; utiq, dum adhuc mens sana esset et
integra in corpore sano, domui meæ disponen, et de voluntate mea
ultima testan duxi. Ideò ante omnia gratias ago Deo Clementissō,
pro immensa bonitate et misericordia, quâ me ad imaginem suam con-
didit, et tandem lapsum per Christum Jesum rursus gratiosè re-
stauravit. In ejusdem etiam manus Spiritum meum nunc et in perpetuū
commendo, Corpore communi Matri, terræ nempe, relicto. Quod ad Bona
mea exigua, divinâ benedictione mihi concessa attinet, ex ijs lego more
hactenus recepto, Serenissō ac Celsissō Principi, Dnō Dnō meo sem-
per gratiosissimo, pro, paterna sua cum pro Comuni Patria, tum etiam
pro me meisq charissimis cura, florenos septem. Reliquam partem
eorundem bonulorum, relinquo Conjugi meæ, Filioq dilectissō, equâ
sorte distribuen. Illiq per Rndos Viros; Stephanum Lintzium
Pastorem Wormlorden. & Johannem Alesium Pastorem Eybesdorffens.
Quibus harum rerum curam comēndo, et ut meorum charissimorū patroci-
nium suscipiant, contraq omnes malevolos et impetitores eos defendant,
oro. Ad extremum ut Testamentaria hæc mea Dispositio, in omnibus
sui partibus et punctis maneat rata et firma, curavi eandem Sigillo
publico Capituli obsignari, et ut à Serenissimo ac Celsissimo Princi-
pe gratiosè confirmetur, quantâ possum demissione et subjectione
contendo.

Actum in Kisselk Anno
1656. Die 12. Februar.

Testamen[tum] Georgii Kürtscheni P. Ecclæ
Kisselkiri Aö 1656.

Legatum Introscriptum administra-
tum est in Cameram seu Thesaurar[iam]
suæ Aedis Principalis, per
Pastorem Generationis Mediensis
Kirchis? R. 7. Albe ...
2. Mai. 1656.

Paulus ...

Cap Schelk
BRUKENTHAL'SCHES MUSEUM IN HERMANNSTADT

8

Legatum Introscriptum administraturi in Cameram seu Thesaurari
sed Altinis Principalis, per
Pastor Generationis Michael
Zhinies Re. 7. Albae Jun
2. Mai. 1656.
Paulus Litz

Testam. Georgii Kürtzben P. Dectr
Kissl... Aō 1656.

3

Cap Schelk
Brukenthal'sches Museum in Hermannstadt

In nomine Sacrosanctæ TRINITATIS

Patris, Filii et Spiritus Sancti. Amen

Quotiescunq ego Simon Friderici Pastor Hachagensis
hacten, bene veget, toti mundi machinã et omnia, quæ ambitu suo
comprehenduntur, consideravi, reperii, sub hocce toto Coeli velamine, nihil
solidum nihilve diuturnum; Verum omnia fluida, omnia caduca, omniave
corruptioni atq putrefactioni obnoxia. Hanc omniũ rer comunem
constitutionem animo meo volvens atq revolvens, in memoriam mihi revo-
cavi, corpusculum meum ex quatuor elementis conflatum, aliquando, ma-
tri terræ traditum atq etiam corruptioni obnoxium iri. Ideo tan-
quã optime Promatheus in tempore, dum mens sana adhuc esset in cor-
pore sano, cogitavi, de peculiari domûs rerumq meaÿ dispositione, hunc in
modum. Ante omnia. Dno Deo Jesu Christo Salvatori meo, qui me
pretioso sanguine redemit, animã meã, ubi me ex hac mortali vita, ad vi-
tam illã beatã, evocaverit, comendo. Exuvias vero, humi honestè sepeliendas
spe lætissimæ resurrectionis trado. Quod verò tenuia mea bona, multis
laborib, sudoribusq acquisita attinet, ex iisdem, pro antiqua Capituli consue-
tudine, lego Illustrissimo Principi, Dno Dno meo Clementissimo flor j. Dj so.
Residuã tandem partem, mæstissimæ meæ consorti, liberisq charissimis, secundum
decreta Jurium Municipalium Saxonum, æqualiter distribuendã relinquo.
Et hujus meæ ultimæ voluntatis testamentarios atq executores subordino,
C. V. Johanem Creckelium Pastorem Ecclæ Ibestorffensis, pro tempore
Capituli Decanum. Item C. V. Stephanum Linßiũ Pastorem Ecclæ
Wrmlochensis; quos propter Dei gloriã oro, ut mœstissimæ conjugis, meorumq
liberorũ tanquã orphanorũ, piũ patrociniũ suscipiant; Eosq contra omnes
impetitores atq turbatores defendant, ultiamq meã testamentariã dispositio-
nem in vigore conservent. Deniq quò plus roboris ultimæ meæ voluntati
accedat, hasce pagellas Testamentarias, ut proprio Capituli Sygillo muniri,
easq ab Illustrissimo Principe benignè confirmari procurrent, unicè oro, ma-
ximopereq contendo. Actũ Haschagini Anõ 1656. 5. Septemb:

In nomine Sacrosanctæ TRINITATIS 3

Patris, Filii et Spiritûs Sancti. Amen

Quotiescunq ego Simon Friderici Pastor Hachagensis
hacten, benè veget, toti, mundi machinâ et omnia, quæ ambitu suo
comprehenduntur, consideravi, reperii, sub hocce toto Coeli velamine, nihil
solidum nihilvè diuturnum; Verum omnia fluida, omnia caduca, omniavè
corruptioni atq putrefactioni obnoxia. Hanc omniũ rer̃ comunem
constitutionem animo meo volvens atq revolvens, in memoriam mihi revo,,
cavi, corpusculum meum ex quatuor Elementis conflatum, aliquando, ma,,
tri terræ traditum atq etiam corruptioni obnoxium iri. Ideo tan,,
quã optim, Promathe, in tempore, dum mens sana adhuc esset in cor,,
pore sano, cogitavi, de peculiari domûs rerumq mear̃ dispositione, hunc in
modum. Ante omnia, Dño Deo Jesu Christo Salvatori meo, qui me
pretioso sanguine redemit, animã meã, ubi me ex hac mortali vita, ad vi,,
tam illã beatã, evocaverit, comendo. Exuvias vero, humi honestè sepeliendas
spe lætissima resurrectionis trado. Quod verò tenuia mea bona, multis
laborib, sudoribusq acquisita attinet, ex iisdem, pro antiqua Capituli consve,,
tudine, lego Illustrissimo Principi, Dño Dño meo Clementissimo flor. j. Q ro.
Residuã tandem partem, mæstissimæ meæ consorti, liberisq charissimis, secundum
decreta Jurium Municipalium Saxonum, æqualiter distribuendã relinquo.
Et hujus meæ ultimæ voluntatis testamentarios atq executores subordino,
C. V. Johanem Creckelium Pastorem Ecclæ Ibestorffensis, pro tempore
Capituli Decanum. Item C. V. Stephanum Linziũ Pastorem Ecclæ
Wrmlochensis; quos propter Dei gloriã oro, ut moestissimæ conjugis, meorumq
liberor̃ tanquã orphanor̃, piũ patrociniũ suscipiant; Eosq contra omnes
impetitores atq turbatores defendant, ultiamq meã testamentariã dispositio,,
nem in vigore conservent. Deniq quò plus roboris ultimæ meæ voluntati
accedat, hasce pagellas Testamentarias, ut proprio Capituli Sygillo muniri,
easq ab Illustrissimo Principe benignè confirmari procurrent, unicè oro, ma,,
ximopereq contendo. Actũ Haschagini Anõ 1656. 5 Septemb:

Testamentum Simonis Fridenii P.
Hafsagen. A° 1606.

Brukenthal. Museum in Hermannstadt

Cap Schelk

Anno 1656. die 20 Septemb. Adtam Sebeni Szoba
Tolmaczi Lukacz az [illegible] Kegelmes Urunk Ur
Hazaban Hasfagi Praedicator Simon Fridrik
Uram testamentumaban hagyot fl. 1. //50. kit
adom az diaconus [illegible] kezébe
Datum Albae Juliae

Gabriel Krámer

Testamentum Simonis Fridenii P. Hassagen. Ao 1656.

BRUKENTHAL'SCHES MUSEUM IN HERMANNSTADT

Cap Schelk

Anno 1656. die 20 Septemb. Adtam Szebeni deak [illegible] Tolnaczi Lukacz az mi Kegyelmes Urunk [illegible] hazaban Harsagi Predicator Simon Fridrik [illegible] [illegible] Tallér fl. 1. //50. [illegible] adom az [illegible] [illegible] [illegible]

Datum Albae Juliae

Gabriel [illegible]

In nomine Sacro-Sanctæ et Individuæ Trinnitatis.

Quod Regius vates intendit Psal. 90 inquiens: Doce nos Domine ut sciamus numerũ dierũ nrõrũ ut ambulemus corde sapienti. Hoc omnibus mortalibus cogitandum et orandum necesse est, dum statutum sit omnibus hominibus semel mori. Hoc et ego Simon Textoris Ecclæ Mortontelkensis Pastor jamdudum perpendi, postquam diutissime varijs morborũ generibus pressus essem, adeò ut mihi cum Divo Apostolo sæpiùs clamandum esset. Miser ego, quis liberabit me de corpore hujus mortis, Cupio, cupio dissolvi et esse cum Christo, [illegible] morsus mortis sentio acerbissimos, [illegible] animam à corpore solutam iri confido, Eapropter dum adhuc mens sana esset in corpore fracto volui disponere domui meæ et de voluntate mea ultima testari ut sequitur. Gratias itaque ago ante omnia Deo Clementissimo pro immensa sua bonitate et misericordia qua me ad imaginem suam condidit, et tandem lapsum, per Christum Jesum rursus gratiosè restauravit, In ejusdem etiam manus Spiritum meum nunc et in perpetuum commendo ad diem restitutionis omnium restituendum, Corpus vero et exuvias Fratribus meis Conjugi et liberis honestè tumulandas relinquo. Illmo et Celsissimo vero Principi Dño, Dño meo Clementissimo pro Paterna sua cum pro communi Patria tum etiam pro me meisque Charissimis cura et protectione lego fl. 2 d 50 usualis monetæ. Reliquam Partem bonorum meorũ relinquo Conjugi meæ liberisque dulcissimis [illegible] dividendam relinquo. [illegible] extremæ meæ voluntatis executores constituo Rdum D. Paulum Wererũ Ecclæ Kisselkensis Pastorem et h.t. Capituli Decanum et Rdum Dnum Johannem Simonium Ecclæ Mardonsfalvensis Pastorem et Capituli Seniorem, quibus hanc curam et meos Orphanos pariter commendo defendendos. Testamentariam vero meam dispositionẽ sigillo publico Capituli obsignatam et à Sua Celsitudine confirmandam cupio. Actum Mortontelkini Anno 1667 / 2 Decembr:

In nomine Sacro-Sanctæ et Individuæ Trinitatis.

Quod Regius vates intendit Psal. 90 inquiens: Doce nos
Domine ut sciamus numerũ dierũ nrõ ut ambulemus corde sapienti.
hoc omnibus mortalibus cogitandum et orandum necesse est, dum
statutum sit omnibus hominibus simel mori. Hoc et ego Simon Texto-
ris Ecclæ Mortontelkensis Pastor jamdudum perpendi, postquam
diutissime varijs morborũ generibus pressus essem, adeo ut mihi cum
Divo Apostolo sæpius clamandum esset. Miser ego, quis liberabit
me de corpore hujus mortis, Cupio, cupio dissolvi et esse cum Chro,
[illegible] morsus mortis sentio acerbissimos, [illegible] animam
à corpore solutam ibi confido, Caeter dum adhuc mens sana
esset in corpore fracto volui disponire domui meæ et de volun-
tate mea ultima testari ut seqr. Gratias itaq ago ante
omnia Deo Clementisso pro immensa sua bonitate et misericordia
qua me ad imaginem suam condidit, et tandem lapsum, per
Christum Jesum rursus gratiose restauravit. In ejusdem etiam
manus spiritum meum nunc et in perpetuum commendo ad diem
restitutionis oium restituendum, Corpus vero et exuvias Fratribus
meis Conjugi et liberis honestè tumulandas relinquo. Illmo
et Celsissimo vero Principi Dnõ, Dnõ meo Clementisso pro Paterna
sua cum pro communi Patria tum etiam pro me meisq Charissis
cura et protectione lego fl. 2050 usualis monetæ. Reliquam
partem bonorũ meorũ relinquo Conjugi meæ liberisq dulcissis
[illegible] dividendam relinquo. [illegible] extremæ meæ vo-
luntatis executores constituo Rldum D. Paulum Wernerũ
Ecclæ Kisselkensis Pastorem et h. t. Capituli Decanum et Rndum
Dnũm Johannem Simonium Ecclæ Martonsalvensis Pastorem et
Capituli Seniorem, quibus hanc curam et meos Orphanos pariter
commendo defendendos. Testamentariam vero meam dispositionẽ
sigillo publico Capituli obsignatam et a Sua Celsitudine confirman-
dam cupio. Actum Mortontelkini
Anno 1667 / 2 Decembr:

Cap. Schelk

B[illegible]THAL'SCHES MUSEUM IN HERMANNSTADT

Testamen.[tum] Simonis Textoris P. in
Mortesdorff. Aō 1667.

Cap. Schelk

Dr. ... Museum in Hermannstadt

Testamen.ⁿ Simonis Textoris P. in
Mortesdorff. Aō 1667.

6

In nomine Sacro Sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris, Filii, et Spiritus Sancti, Amen!

Quod Propheta Esaias ex mandato Dei, fido ejus servo Ezechiæ Regi juxta morbo periculoso laboranti præcepit: dispo-
ne domui tuæ, quia morieris; hoc ut omnibus et singulis mortalibus, sic et mihi dictum sit. Proinde Ego Paulus
Wernerus Pastor Ecclesiæ Kisselken. diuturnis isto variis morborum generibus oppressus et afflictus, ut facile in-
ducam animum, Dominum Deum statuisse, me propediem ex hac sordida hominum colluvie educere et evocare, ne mihi con-
tingat intestato decedere; statui facere Testamentum, meamque ultimam Voluntatem literis demandare. Itaque omnium primo
gratias ago Deo meo, qui me ad imaginem suam formatum non solummodo in Evangelii sui lucem deduxit, sed etiam sui
verbi ex mera Clementia, Præconem esse voluit, cui animam meam Christi Jesu Filii sui sanguine conspersam, redemtamque
credo. Deinde post meum ex hac vita discessum, corpus meum fragile honeste terræ mandari, juxta laudandam christia-
nam consvetudinem, dum beatæ resurrectionis dies adveniat, decerno. Quantum bona mea paucula attinet, quæ mihi Deus
largitus est, ex iis prout usus obtinuit, lego Serenissimo Principi, Domino Domino meo Clementissimo, pro cura et defensione de-
clarata fl. 7. Reliquum bonorum meorum ~~[illegible] legitimis heredibus~~, Relictæ ~~fidæ~~ et meæ charissimæ, ~~dulcissimisque~~ liberis,
juxta normam Justitiæ patriæque Leges partiendum dividendumque. Hujus autem ultimæ meæ Voluntatis executores or-
dino Clarissimum Dominum Davidem Hermannum p. t. Decanum nostri Capituli Urbis Schelken. meritissimum; et Præclarum Dominum
Johannem Simonium Pastorem Ecclesiæ Martonfalven. gravissimum; quos per omnia sacra compello amice, ut afflictissimæ Relictæ ha-
redibusque suo consilio et auxilio, urgente necessitate adesse dignentur, quo in timore ~~domini~~ succrescant, ut Deo et hominibus in-
servire valeant. Pro quo beneficio et labore fidelissimus ille remunerator, felicia quoque reponere velit. Quod reliquum est, quo
plus huice meo Testamento accedat ponderis, illud almi Capituli Schelken. usitato sigillo muniri curo, et ab Illustrissimo
Principe Domino Domino meo benignissimo ut confirmetur humillime oro et contendo. Actum in Kisselk, Anno allato Salutis 1669.
die 4. Mensis Novembris. N. R.

(margin:) et Pastorem Ecclesiæ Wormloch. fidelissimum, et

Ez [illegible] Lukacz Deák Recognoscalom
hogy in Anno Christi 1669 die 4 Novembris [illegible]
[illegible] Adami [illegible]
[illegible] Paprak [illegible] Testamen-
talis Legatiojat [illegible] Confirmalta
[illegible]
Lukacz Deák

6

In nomine Sacro Sanctæ et individuæ Trinitatis, Patris, Filii, et Spiritus Sancti, Amen!

Quod Propheta Esaias ex mandato Dei, fido ejus servo Ezechiæ Regi gravi morbo periculoso laboranti præcepit: dispo-
ne domui tuæ, quia morieris; hoc ut omnibus et singulis mortalibus, sic et mihi dictum sit. Proinde Ego Paulus
Wernerus Pastor Ecclesiæ Kisselken. diuturnis ista variis morborum generibus oppressus et afflictus, ut facile in-
ducam animum, Dominum Deum statuisse, me propediem ex hac sordida hominum colluvie educere et evocare, ne mihi con-
tingat intestato decedere; statui facere Testamentum, meamque ultimam Voluntatem literis demandare. Itaque omnium primo
gratias ago Deo meo, qui me ad imaginem suam formatum non solummodo in Evangelii sui lucem deduxit, sed etiam sui
verbi ex mera Clementia, Præconem esse voluit, cui animam meam Christi Jesu Filii sui sanguine conspersam, redemtamque
credo. Deinde post meum ex hac vita discessum, corpus meum fragile honeste terræ mandari, juxta laudandam Christia-
nam consuetudinem, dum beatæ resurrectionis dies adveniat, decerno. Quantum bona mea paucula attinet, quod mihi Deus
largitus est, ex iis prout usus obtinuit, lego Serenissimo Principi, Domino Domino meo Clementissimo, pro cura et defensione de-
clarata fl. 7. Reliquum bonorum meorum ~~remitto legitimis heredibus~~, Relictæ ~~fidæ~~ et meæ charissimæ, dulcissimisque liberis,
juxta normam Justitiæ patriæque Leges partiendum dividendumque. Hujus autem ultimæ meæ Voluntatis executores or-
dino Clarissimum Dominum Davidem Hermannum p. t. Decanum nostri Capituli Urbis Schelken. meritissimum; et Præclarum Dominum

F. Pastorem Ecclesiæ Wormloch. fidelissimum, et

Johannem Simonium Pastorem Ecclesiæ Martonfalven. gravissimum; quos per omnia sacra compello amice, ut afflictissimæ Relictæ hæ-
redibusque suo consilio et auxilio, urgente necessitate, adesse dignentur, quo in timore domini succrescant, ut Deo et hominibus in-
servire valeant. Pro quo beneficio et labore fidelissimus ille remunerator, felicia quoque reponere velit. Quod reliquum est, quo
plus huic meo Testamento accedat ponderis, illud almi Capituli Schelken. usitato sigillo muniri curo, et ab Illustrissimo
Principe Domino Domino meo benignissimo ut confirmet humillime oro et contendo. Actum in Kisselk, Anno allatæ Salutis 1669.
die 4. Mensis Novembris [illegible]

[illegible] Lukacz Deak [illegible]
[illegible] Anno [illegible] 1669 die 4 Novembris [illegible]
[illegible]
[illegible] Pasnak Vernerus Palnak Testamen-
[illegible] Confirmalt-
[illegible]
[illegible] Anno et die [illegible]
Lukacz Deak

Testamendt
1669.
Pauli Wernen
P. Kißlbhr.

BRUKENTHAL'SCHES MUSEUM HERMANNSTADT

Cap Schelk

7

In Nomine Sacro-Sanctæ Trinitatis, Dei Patris, Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Quod Job divino præconio commendatus, de fragilitate humana conqueritur: Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, et fugit velut umbra. Hoc ipse miser, sæpè in memoriam revocans, me tandem tandem, per multas tribulationes quoq; solitū ivi; constitui mecū dum adhuc mens sana in corpore esset, testamentū legitimū condere, et rebus meis in hunc modum sattagere. Primum itaq; ego Martinus Ehrmannus Pastor Ecclæ Mortesdorffensis gratias ago Deo Patri misericordiar, quod ex mera gratia me ad cognitionem Filij sui Dni nri J. Christi pervenire voluit, et mihi indigno Ministeriū Spiritus concredidit, cui insuper Spirum meū per Christū Jesum commendo, cum omnibus pijs associandum et conservandū. Deinde honestissimas animæ meæ exuvias, Conjugi, liberis, condigno sepulturæ officio cohonestandas et mandandas relinquo, certa spe fretus, fore ut magnus ille et gloriosus Christi reditus, nobis omnia, et nos omnibus tandem restituturus. De bonis autem mihi divinitus concessis juxta antiquā Capituli consuetudinem lego Serenissimo ac Potentissimo Principi Domino meo Clementissimo florenos tres; Reliqua bona exigua autem mando, ut secundū jus Saxonicæ nostræ nationis inter relictas et justos nostros hæredes distribuantur. Jnq; huius meæ ultimæ Voluntatis testes et executores deligo Reverendū Virum Johannem Rekelium Pastorē Ibestorffensem, ac p. t. Decanū Capituli Schelken, ac Reverendum Virū Dnum Stephanū Lintzing Pastorem Rormlochen, quos propter Deū oro, ut meæ afflictissimæ, meorumq; sedulo patrociniū suscipiant, eosq; contra impetitores quosq; defendant, factamq; testamentariam dispositionem in vigore conservent. Demq; quo plus roboris hoc meū factū habeat, tabellas hasce publico Capituli Sigillo muniendas curo, et ut à Serenissimo Principe confirmentur, unicè contendo.

Actū in Mortesdorff. die 5. Septembris, Anno 1. 6. 5 6.

7

In Nomine Sacro-Sanctæ Trinitatis, Dei Patris, Filii & Spiritus Sancti. Amen.

Quod Job divino præconio commendatus, de fragilitate humana conqueritur: Homo natus de muliere, brevi
vivens tempore, et fugit velut umbra. Hoc ipse miser, sæpè in memoriam revocans, me tandem tandem, per
multas tribulationes quoq; solitu iri; constitui mecū dum adhuc mens sana in corpore esset, testamentū legitimū
condere, et rebus meis in hunc modum sattagere. Primum itaq; ego Martinus Ehrmannus Pastor Ecclæ
Mortesdorffensis gratias ago Deo Patri misericordiar, quod ex mera gratia me ad cognitionem Filij sui,
Dni nri J. Christi pervenire voluit, et mihi indigno Ministeriū Spiritus concredidit, cui insuper Spiritum meū
per Christū Jesum commendo, cum omnibus pijs associandum et conservandū. Deinde honestissimas animæ meæ
exuvias, Conjugi, liberis, condigno sepulturæ officio cohonestandas et mandandas relinquo, certa spe fretus,
fore ut magnus ille et gloriosus Christi reditus, nobis omnibus, et nos omnibus tandem restituturus. De bonis
autem mihi divinitus concessis juxta antiquā Capituli consuetudinem lego Serenissimo ac Potentissimo
Principi Domino meo Clementissimo florenos tres; Reliqua bona exigua autem mando, ut secundū jus
Saxonicæ nostræ nationis inter relictas et justos nostros hæredes distribuantur. Ejusq; huius meæ ultimæ Voluntatis
testes et executores deligo Reverendū Virum Johannem Rekelium Pastorē Ibestorffensem, ac p. t. Decanū Capituli
Schelken, ac Reverendum Virū Dnum Stephanū Lintzing Pastorem Rormlochen, quos propter Deū oro, ut meæ
afflictissimæ, meorumq; sedulo patrociniū suscipiant, eosq; contra impetitores quosq; defendant, factamq; testamentariam
dispositionem in vigore conservent. Demumq; quo plus roboris hoc meū factū habeat, tabellas hasce publico Capituli Sigillo munien
curo, et ut à Serenissimo Principe confirmentur, unicè contendo.

Actū in Mortesdorff. die 5. Septembris,
Anno 1. 6. 5 6.

Recognosco per praesentes quod in hoc Anno praesenti 1616.
die 7. Septemb. Dominus az mi Kegyelmes [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Datum Albae Juliae

Gabriel [illegible]

Bo. Brukenthal'sches Museum in Hermannstadt